


Johann Friedrich Gildemeister


**Ad Avditionem Recitationvm Svarvm Instante Semestri Habendarvm Praemissis
Nonnvllis Qvae Ad Rem Legatiamam Pertinent Observationibvs Varii Argvmenti
Ivris Stvdiosos**

Bremae: Typis Did. Meier, MDCCLXXVIII.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1780847416>

Druck Freier  Zugang





V. N. — 2 (66.)

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.

1. Beselin. de pertinentiis.
2. Crumbiegel. de donatione remuneratoria.
3. Kraus. de amen liturgico.
4. Reinhard. de nimio legum in foro neglectu.
5. Wehrn de actione Pauliana.
6. Schorch de feudis Marchionum Brandenburg. tamquam Burggravorum Norimbergens. in Austria, occasione patris novissimae Teochensis.
7. Reinhard de finibus regundis.
8. Schorch de tempore quo apud Romanos infantum expositio neque licita esse de iur. ad Tacit. de moribus German. Cap. 19.
9. Schmiedius. de fragmento criminis famosi libelli.
10. Scip. de vilegio in praeteritum iusta.
11. Madihn. de coemptionibus quae fiebant sacrorum interrimendorum causa.
12. Volmarus de intestatorum Atheniensium hereditatibus.
13. Madihn. de virtute conventionis qua fundi venditi tributa in venditorem transferuntur. ad l. 11. C. de pactis et. l. 1. C. sine casu.
14. Zoller observationes practicae.
 - a, testamentum conjugum reciprocum ab una parte revocari potest.
 - b, testamentum per procuratorem utique offerri potest.
15. Hofacker de efficacia statutorum in res extra territorium sitas.
16. Heirler de incestu.
17. Döhmer de testamentis mulierum.
18. Carrach de substitutiones directae argumentis in formula dubia.
19. Walch de genuino fonte distinctionis inter foetum animatum et inanimatum in nemesi Carolina art. 133.
20. Gildemeister observationes variis argumentis.
 1. de iurejurando ab eo qui iure retrahendi uti vult, propter calumniam dando.
 2. de praestatione eorum quae retrahens praestare debet.
 3. an executionem rei iudicatae urgenti opponi possit exceptio litis finitae.
 4. quare prodigis testamenti facienda potestas negata sit.
 5. de probatione instituta actione negatoria.
 6. de testamento parentum inter liberos. secund: jus. Bremense.
 7. de formula pactorum dotalium antiquorum Brementium.
 8. de annis conventio quibus communio bonorum inter conjuges legitima fuerit.
21. Walch de privi legio pecuniae haereditariae creditorum in concursu.
22. Walch de pace domestica.
23. Wiefand observationes juris Romani et Saxonici.
 1. de aetate ad postulandum idonea.
 2. servitus patiendi non impedit, quo minus dominus praedii servientis agris suis tanquam bonus pater familias uti queat.
 3. de testamento ob pravitatem usurariam irritum.
 4. maritus in Saxonia haereditati uxoris sine iurejurando recte renuntiat.

24. Kraus de praesidiis veterum auctorum in explicando jure Romano.
25. Schorch quare hereditatis petitio solum adversus pro haerede vel pro possessore possidentem institui potest?
26. a Hermesen de revivione auctorum effectum suspensivum sanctione imperii de 1654 salva atque in iudiciorum ordinum imperii habente
27. Mentze de temporibus legitimis ex statutis Lubecensibus collectis eorumque tum dissonantia tum convenientia cum jure civili
28. Franck. eminentia S. R. I. principum electorum et S. R. E. Cardinalium inter se collata et ad juris regulas exacta.
29. Meurer de ratione diversitatis quae inter legata jurium in res et jurium in personas intuitu acquisitionis intercedit.
30. Bohmer ad l. 10. ff. de capite minutis, seu ^{quod} legatum in singulos annos vel menses relictum et et legatum habitationis capitis deminutione non perimitur.
31. Korder. de nudo conventionibus adjecto eorum effectu juridico
32. Colmar de jure civitatis Norimbergensis
33. Bauer ad Decaf. elector. Saxon. de 1746 seu de fidejussione uxoris.
34. Koenig selecta juris matrimonialis capita ex L. Norimbergensibus illustrata.
35. de Schellwitz de exactione pecuniae pro vicis publicis pontibusque solvendae. ^{Magis nunc Brückmugel}
36. Schlegendal. de definitione et natura dominii et speciebus jurium in re.
37. Schlegendal de aequitate pretii in contractibus servanda
38. Schlegendal ad l. 198 ff. de Verb. Signif. utrum horti praediorum urbanorum nomine veniant?
39. Wiese de retentione pignoris tam ob eadem quam ob diversa.

AD AUDITIONEM
 RECITATIONVM SVARVM
 INSTANTE SEMESTRI
 HABENDARVM
 PRAEMISSIS NONNVLLIS
 QVAE AD REM LEGITIMAM PERTINENT
 OBSERVATIONIBVS
 VARIi ARGVMENTI
 IVRIS STUDIOLOS

OFFICIOSE INVITAT
 IO. FRIDERICVS GILDEMEISTER

I. V. D. ET P. P. O. IN ACAD. TEVTOB.



BREMAE
 TYPIS DID. MEIER, ILLVST. GYMN. TYPOGR.
 MD CCLXXVIII.

AD AVDITIONEM

RECITATIONVM STANLEY

INSTRVCTVM BENEDICTVM

MONASTII

IN MONASTIO

QVAE AD REM ACQUISITIONEM PERTINENT

CONSERVATIONIBVS

VARIIS ARGVMENTIS

IVRIS STVDIOSVS

OF THE


IO. FREDERICVS CHRISTIANVS

I. W. D. S. O. IN ACAD. INVTOR.

IN VITA

TRABE DIB. M. B. L. C. G. M. T. S. D. M.

IN VITA



OBSERV. I.

DE IVREIVRANDO AB EO, QVI RETRAHENDI IVRE VTI
VULT, PROPTER CALVMNIAM DANDO.



An qui iure retractus gentilitii vti vult, iureiurando firmare debeat, se non nisi in sui ipsius commodum id facere, legibus Germaniae vniuersae scriptis, aut consuetudine non est determinatum. Verum ea de re quum lis ageretur, collegium iuridicum in Academia nostra retrahentem ad subeundum iusiurandum adigi oportere respondit *a. mdcclxxvii. d. xxiv. Maii* in causa *Io. Henr. Krahe et Pet. Ios. Schroeder*, disceptata in regione *Gimbornensi*. En sententiae nostrae rationes.

Womit aber die zweyte Frage: Ob Revident den so eben erwähnten Eyd, das er das Näherrecht quaeft. für sich, und



zu seinem eigenen Nutzen, fort nicht in der Absicht, die quaest. Grundstücke einem andern zuzuwenden, unternehme, zu schwören gehalten sey? in nächster Verbindung stehet: in Betreff deren Revident zwar behauptet, dafs er mit diesem Eyde zu verschonen sey, weil

- 1) kein Verdacht auf ihn falle, dafs er für einen dritten retrahiren wolle, auch
- 2) Reufus Schroeder ihm die Abtrift anfangs simpliciter, ohne die Leistung eines solchen Eydes zu verlangen, eingeräumet habe, und regressus ad renunciata nun nicht mehr statt finde: Es ist jedoch
- 1) allerdings ein nicht geringer Verdacht vorhanden, dafs ein Mann, wie Retrahent, der nach Ausweise des

Adi. ad N. A. 13.

so sehr wenig im Vermögen hat, den Retract nicht für sich selbst thun werde, welcher Verdacht besonders noch durch die von Reuifo obgleich nicht erwiesene, doch freymüthig behauptete Verabredung, so Reuident dieserwegen mit dem Christian Müller zu Herreschagen getroffen haben soll

N. A. 16. 21.

begründet wird;

- 2) Wenn Schröder bey der anfänglich von sich gegebenen unbestimmten und fogar, da Reuident die Condition, unter der sie geschehen, nicht erfüllet hat, wieder zurückgenommenen Erklärung, gleich nicht die Ablegung des Eydes verlanget hat, so liegt darin doch keine Erlaubniß, in fauorem tertii zu retrahiren, als welche Concessio nicht praesumiret werden mag; wozu denn
- 3) noch kömmt, dafs Reuident, wenn er den Eyd mit gutem Gewissen schwören kann, welches er aber nothwendig können muß, wenn er die ihm Schuld gegebene Absicht nicht hat, durch Auflegung sothanen Eydes in keine Wege graviret wird,

wird, anerwogen die vernünftigen Urfachen, weswegen man gewöhnlich Eyde so fehr als möglich ablehnet, hier gar nicht eintreten können, indem es schlechterdings nothwendig ist, das Reudent vollkommen gewis wisse, ob er zu Gunsten eines dritten zu retrahiren die Absicht habe, oder nicht? Und hat er durch die starke und der Sache gar nicht angemessene Weigerung des Eydes den gegen ihn erregten Verdacht nur noch vergrößert: Da endlich

- 4) in Retractu auch besonders für die Sicherheit des Käufers geforget werden muß, damit das besondere zum Besten der Verwandten des Verkäufers, wegen einer Gemeinschaft, in welcher die Familie in dem alten Teutschlande lebte, (welche Gemeinschaft aber heutiges Tages mit Grunde nicht mehr inter ciues et rusticos statuiret werden kann, wo ihre Conseruation nicht geschehen,) eingeführte Vernäherungsrecht nicht zur Ungebühr ausgeübet werde, daher denn auch der unbezweifelte Rechtsatz entspringet, das dieses ius retrahendi, so wenig, als dessen Grund, der status familiae, cedit werden könne; so ist nichts billiger und gerechter, als das Reudent durch oftberregten Eyd den Gegentheil hierüber beruhige, welche Billigkeit auch von einigen Gesetzen anerkannt ist, nach welchen der Retrahent, und zwar nach den Salzburgischen Gesetzen allemahl, schwören muß, das er die Sache für sich retrahire,

Carl Frid. Walch vom Naeherrechte. L. I. C. III. S. 1. §. 6.
wodurch also, obschon solche iura particularia auffer ihrem territorio, selbst dann, wann das ius commune schweigt, nichts wirken, dennoch die Vernunftmäßigkeit unserer Meynung, so wie durch das Ansehen der Rechtsgelehrten, als

*Leyseri in M. ad π. Sp. 193. m. 6. 7. und
Christinaei T. III. Decif. 58. n. 6.*



der diesen Eyd zu den solennitatibus retractus zählet, noch
mehrern Schein gewinnet:
Und sind wir daher, wie geschehen, zu erkennen bewogen
worden.

OBSERV. II.

DE PRAESTATIONE EORVM QVAE RETRAHENS PRAE-
STARE DEBET.

In eadem caussa tertia quaestio haec fuit:
Drittens ist wegen der Art, und der Zeit, wie und wann
praestanda praestiret werden müssen, ein Zweifel vorhanden,
und hat es uns am natürlichsten geschienen, so wie gesche-
hen, auf die gerichtliche deposition zu erkennen, angesehen
Schröder

N. A. 28.

erkläret, das er damit friedlich sey, und was Reidenten
angehet, Acta anzeigen, das der Käufer dem Verkäufer
schon praestanda praestiret hat, wenigstens praestiren müssen,
und da ein Retrahent in locum emtoris tritt, und die Bedin-
gungen des Contracts sich bekanntlich gleichfalls gefallen
lassen muß, Reident sich diesem Erkenntnisse nachzuleben
mit Grunde nicht weigern kann, massen niemand befugt ist,
zu retrahiren, wenn er nicht auch die praestanda zu erlegen
bereit ist; und das um so viel mehr, da die Umstände des
Reidenten fürchten lassen, das ohne neues gerichtliches
Verfahren die praestanda von ihm nicht werden erhalten
werden können. Es ist aber, da Reifus dieselben anzuneh-
men bereit ist, nichts gerechter, als das Reident die Kosten,
so die Depositio iudicialis erfordern mag, stehe. Und was
den Feilruf anlanget, vor welchem Reident, wie er in seiner
letzten Informationschrift erkläret hat, zu der praestandorum
Erle-

Erlegung sich nicht bequemen will, so ist aus den Acten nicht ersichtlich, daß derselbe sich auf eine die gesetzlichen Eigenschaften habende Gewohnheit gründe, als welches daraus, daß dessen selbst in Decretis Meldung geschehen, bey weitem noch nicht erhellet, etc.

O B S E R V. III.

AN EXSECVTIONEM REI IVDICATAE VRGENTI
OPPONI POSSIT EXCEPTIO LITIS FINITAE?

Haec quaestio a collegio nostro decidenda fuit. Scilicet sententiae latae quum rei non parerent, actores eo nomine mandata impetrabant. Illi vero, breui post publicatam sententiam transactionem factam esse, obiciebant. Nos A. MDCCCLXXVII. d. x. Ian. respondimus:

daß nunmehr Einwendens ohngeachtet mit der Executione sententiae de 14. Jun. 1775. ohne Verzug zu verfahren — mithin Imploraten mit ihrer exceptione litis finitae wegen derselben illiquidität-ad separatum zu verweisen —

idque propter hasce rationes, quas addidimus:

Bey welcher Lage der Sache fattsam einleuchtet, daß die opponirte exceptio transactionis noch vielen Zweifeln unterworfen sey, und ist dannenhero

Obgleich man glauben möchte, daß die Execution bis zu bewirkter Liquidität sothaner exception noch auszusetzen sey, in Betracht daß kein allgemeines Gesetz das Gegentheil statuiren, und die auctoritas Iureconsultorum Saxonum auch um deswillen hierinn nichts vermöge, weil sie sich auf ein ius particulare gründen,

Weil jedoch

i) die auch von allen DD. teste

Christi-



Christinaeo Dec. T. I. D. 98. n. 21. sqq.

anerkannte, und ohnehin unftreitige Billigkeit nicht zuläffet, daß die Executio rei iudicatae durch allerley illiquide und altiorem indaginem erfordernde Einreden verzögert werde, wodurch

- 2) die Abficht der Gefetze, welche denen Urtheilen die Rechtskraft beylegen, und felbft die Abficht des gerichtlichen Verfahrens ganz und gar vereitelt werden würde

L. 2. et 4. C. de re iudic.

welchem auch

- 3) die

O. C. Imp. P. III. T. 57. §. 3.

beytritt, endlich

- 4) die exceptio transactionis allenfalls nur gegen den Brockhof statt hätte, nicht aber gegen den Hemmer, als der von Anfang an litis confors des erstern gewesen, folglich aus der rechtskräftigen Urthel de 14. Iun. 1775. ein Recht hat, und ebenfals, wie das Rubrum des Exhibiti

sub N. 23.

ausweifet, die execution derselben verlanget; von uns billig auf die Vollstreckung der Urthel erkannt. etc. etc.

O B S E R V. IV.

DISQVISITIO QVARE PRODIGIS TESTAMENTI FACIENDI POTESTAS NEGATA SIT.

Bonorum fuorum administrationem prodigis interdicti, moribus (*) primum introductum est *L. I. pr. π. de curator.*

(*) *Frantzkius in Exercitatt. iuridicis. Ex. III. qu. 6. §. 1. Legem XII. Tabb. ita profert, vt in Ciceronis L. I. c. 13. ad Herenn. et L. II. c. 50. de inuent. Legitur: si furiosus existet agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto. Omisso igitur pro-*

tor. furioso vel aliis. Postea LL. XII. Tabb. ita statuerunt: si furiosus aut prodigus existat, at ei custos nec escit, (*) agnatorum gentiliumque in eo pecuniae eius potestas esto. Sed eodem iure sequentibus quoque temporibus vfos esse, ex legibus Romanis plus satis liquet. Sed constat quoque, prodigos testamentifactione, quae actiua dicitur, omnino carere v. c. per L. 18. pr. π . qui test. facere non possunt. §. 6. I. de test. ordin. §. 2. I. quibus non est permiff. test. fac. Quapropter eos ad vltimae voluntatis testationem admittendos esse, nequidquam probare voles. Velle quidem credo ob humanitatem, cui ius ciuile nimis aduersari videtur. Neque benigniorem magisque clementem

prodigo; et ea de re verba moribus introductum in L. I. π . cit. ita explicat, vt L. XII. TT. per interpretationem ad prodigos fuerit producta. Eodem modo L. XII. TT. legitur apud I. Lipsium in LL. regis et decemuiratibus. Sed ego sequuntur lectionem Jac. Gothofredi, quam adoptauerunt praeter alios Ritter in Heineccii H. I. Ciu. L. I. §. 35. et Io. Aug. Bachius in Hist. I. prud. Rom. L. I. C. 2. §. 11. Hanc lectionem respiciens Euerhardus Otto in Diff. de LL. XII. TT. cap. IV. illam L. I. π . cit. sic intelligit: „dum L. XII. TT. „prodigum dominum rerum suarum esse vetat, adimit ei quoque „bonorum administrationem, idque ante Decemuiros, in magna „frugalitate, inualuit, et Regibus eiectis, in more retentum „est, inde in $\delta\omega\delta\sigma\upsilon\delta\epsilon\lambda\tau\omega\gamma$ migravit.„ Frantzkii explicatio legis I. π . cit. mihi magis probaretur si Vlpianus pro: Lege XII. Tabb. dixisset ex Lege XII. Tabb. Lege enim magis indicare videtur verba legis, ex lege vero etiam ad sententiam eius spectare potuisset.

- (*) Hoc ita intelligo: si ob aliam rem, velut ob aetatem, ei custos non sit. — Ipso iure vero, et sine vilo magistratus decreto prodigos sub potestate agnatorum fuisse, mihi non persuadeas, vt credam. Vid. \mathcal{Q} . tamen Phil. Matthaei Comm. in tit. π . de R. iur. ad L. 40. §. 14. sqq.

B



tem legum interpretationem admittunt quae hac de re differuit *Leo Imp.* qui agnoscit, leges, quas vehementer improbat, *in uniuersum* prodigo de rebus suis consultandi potestatem ademisse. *Nouell. Leonis XXXVIII.* Vide etiam, qui hoc caput tractauit, *Vir. Ill. Car. Frid. Walchium in introduct. in controuersias iuris ciuilibus recentiores inter ICTos agitatōs p. 154. edit. sec.* Laudabis *Leonem* sapientem, sed quid hoc prodigo expediat non video. Etenim nouellas *Leonis* constitutiones in occidente nullam habere posse auctoritatem, neque apud nos alicuius momenti esse, adfatim luculenterque demonstrari potest, et demonstrauit sane *Io. Theoph. Seger* vir egregius in *diss. de Leonis philosophi constitutt. nouellarum auctoritate.* (*Lips. 1767.*) Etsi autem non nulla, quae et *Leo* constituerat, vsu, aut expressa legislatorum voluntate apud nos recepta sunt, praesumptio tamen pro *Leonis* legibus esse nequit, nec existit adhuc, qui receptionem *nouellae XXXVIII.* argumentis doceret. Non enim fidem habemus *Hoppio* (*ad l. §. 2. quib. non est permiff. test. fac.*) vsu fori receptam esse nouellam *Carpzouio* et *Sandio* auctoribus adfirmanti. Et inepte prouocant ad *L. 6. C. de Legib.* Quod tamen ad *Belgas* attinet, ad *Voetium* ad *π. L. 28. T. 1. §. 34.* Sed, ne a proposito aberrem, non diffiteor, me saepius succensuisse iuri ciuili, non quidem quod eis qui, ut *Cicero* ait, (*Off. II. 16.*) epulis, et viscerationibus, et gladiatoriiis muneribus, ludorum venationumque adparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem aut nullam omnino sint relicturi, curatore dato expensarum finem terminosque statuunt; sed quod ius testamenti faciendi omnino adimunt. Praeterea enim, quae super hac re differuit *Imp. Leo*, omnes nempe homines in rerum suarum administratione ac vsu aliquando peccare, qua de re quod ad testamenta attinet, libellum singularem scripsit *Henr. de Boden:* (*de moderno testamentorum abusu*) aliam quoque ob causam displicuit ius Romanum. Quid multa? Furiosis, quorum

rum

rum adeo similem esse aiunt prodigum, intermisso furore, testari licet. (*) At non prodigo? Quasi sibi damnum inferre posset in testamentis designando, quis post mortem rerum suarum dominus esse debeat. Nec si indignis faueat, ideo sibi nocet. Quae autem innocua ei sunt alia, agere potest. Vide *L. 6. π. de V. Obl. L. 18. §. 3. π. de castrensi pecul.*

Caussas huius iuris perquam, vt putabam, duri, varias a iurisconsultis audiui. Testamenta facere alii natura, alii lege prohibentur, hi autem vel ob statum, vel *ob aliam inhabilitatem*, dicit *Ge. Ad. Struuius in Iurispr. R. G. for. L. II. T. 15.* et ad hos refert prodigos. Tu vide, an haec verba tibi sufficiant. *Euerhardus Otto in Comm. ad I. ad §. 2. I. quib. non est permiss. test. fac.* „Rursus, ait, in voce *administratio* latet ratio., Sed testamentifactio administratio dici nequit, quod ipse fassus est *Otto* dum dixit: quia testamentifactio erat *quasi* administratio bonorum. Et minores tamen testamento de bonis suis disponere potuere. *L. 4. C. qui test. fac. poss.* Et sit licet testamentifactio administratio, cur, quaeso, hoc negotium non est exemptum, et ei, cui bonis interdictum est, relictum? Nec sufficit dixisse, prodigum pro furioso haberi. Nam quum furentium duplex sit genus, alterum eorum, qui perpetuum furorem habent, alterum

B 2

illo-

(*) *Ulpianus* quidem in *L. 20. §. 4. π. qui test. fac. poss.* hoc exprimere dubitasse videtur, et ipse *Imperator* in *§. 1. I. quibus non est permiss. test. facere*, furiosi, inquit, si per id tempus fecerint testamentum, quo furor eorum intermissus est, iure testati esse videntur; certe eorum, quod *ante* furorem fecerint, testamentum valet. Ambiguam esse hanc sententiam quisque perspiciat necesse est. Sed ipsa res tunc temporis adhuc incerta fuit, vt docet *Iustiniani L. 9. C. qui testam. fac. poss. vel non.* Principes in hac *L.* iureconsultos celebriores s. principes esse puto, cur enim, si de imperatoribus loqueretur *Iustinianus* voce *certe* in *cit. §. 1.* usus esset? Praeterea *L. 9. C. ex L. decisionibus* esse, apertum est.



illorum quibus dilucida sunt interualla, cur non cum his potius prodigum compararunt Quirites? Quare hallucinatus quoque est Pomponius, qui in *L. 40. π. de reg. iuris furiosi* nullam esse dicit voluntatem. Denique huc non pertinet similitudo inter eum qui furiosum rerum suarum exitum facit et pupillum *L. 9. §. 7. π. de reb. cred.* Similes enim sibi esse possunt in aliis, nec ideo in omnibus sunt.

Mihi haec visa sunt potiora. Initio ratio non est habita furoris intermissi, et ideo voluntas furiosis plane negata. Hinc factum quoque, ut dubium esset, an furiosus in induciis suis vitimum elogium condere queat. Ergo, quoniam veteres strictum ius amplecti solebant, vix poterant, quin ei, cui semel voluntatis libertatem ademerant, testamenti factionem quoque adimerent omnem. (*) Iam vero, postquam in furiosis mutatio facta est, alia accessisse videtur causa, quae antiqua immota relinqui iuberet quod attinet ad prodigos. Namque etsi *Vlpianus in L. 1. π. de curat. furiosor.* verbo *inuenerint* usus est, facile tamen intelligas, in tam magna, et hominibus referta vrbe, Roma videlicet, praetorem aut consulem omnes prodigos cognitos habere non potuisse, imprimis quum, quinam hoc nomen mereantur, potissime ex facultatibus eorum aestimari debeat. Illi igitur, quorum maxime intererat, ne bona dilapidarentur, magistratum adibant. *L. 12. §. 2. π. de tut. et curat. datis. §. 3. I. de curat. vbi ex inquisitione* dari dicitur curator. Hoc autem quin bilem moueret prodigo, fieri non potuit, ideoque si testamentifactio fuisset actiua, inirum sane esset, nisi heredes, quos leges vocant, aut omnino praeteriisset, aut, si hoc non liceat, tantum certe, quantum iura permittunt, ad alios peruenire iussisset. Sic autem male actum fuisset cum iis, qui ipsius hominis, licet


(*) Vicit tamen aequitas quod ad ius prodigi alios sibi obligandi, ut supra ostendimus.

licet simul fui, caussa, magistratus decretum impetrauerant; quod sane defendere debebat legislator. Ex quibus colligo *Leonis Nouellam*, quae praeterea multarum litium mater futura esset, non adeo esse laudandam. Et si prodigus bene prudenterque bonis suis uti velit testamento facto, adeat principem, qui pro re nata illi hoc permittit. *L. 7. π. qui test. fac. poss.*

O B S E R V. V.

DE PROBATIONE INSTITVTA ACTIONE NEGATORIA.

Si quis quasi possideat seruitutem, dominus vero praedii negatoriam illi intendat actionem, disputare solent partes de probandi munere: neque aut hic aut ille sibi fauentium doctorum auctoritatibus destituitur, immo ne leges quidem desunt, ad quas vterque confugiat. Res utique dubia est, et si nostram opinionem ostendere liceat, fateor, nequaquam omnino nos adhaerere iis, qui libertatem praedii docendam esse autumant, neque iis, qui aliam sententiam tuentur et reo probationem iniungunt seruitutis legitime adquisitae. Quum enim leges rem aperte non tangant, multumque quae in actibus iudicialibus proponuntur inter se differant species, fieri potest, et modo pro hoc, modo pro illo militet praesumptio. Nos igitur, transmissis Teutoburgum quae acta conscriptaque erant inter colonos aliquos, a collegio *illustri*, quod *Regimen* vocant *Lippiaco*, re ita exigente probandam esse duximus seruitutis acquisitionem, sicque respondimus anno praeterito. Antea in eadem caussa interrogati iurisconfulti Gissenfes et Gottingenses. Hi quidem, Gottingenses videlicet, reum probare oportere arbitrati. Praxin iudicii pro se allegabat reus, qua efficeret, ut hoc onere liberaretur. Sed varias grauissimasque ob causas eius adsertionis ratio haberi non potuit. Urgebat porro idem leges non paucas, quae actoris esse dicunt probationis partes, cuius tamen regulae exceptiones esse,



esse, quem fugiat, *Tob. Iacobum Reinbartum* legat, in *Diss. de possessione ab onere probationis non releuante*, hoc argumentum tractantem. Confer. *L. 16. C. de probationib.* — *Lex 9. §. 4. D. de Public. in rem act.* (quasdam enim eligo leges curatius inspiciendas,) de actione loquitur ad rei vindicationem formata, legisque ratio latet in re possessori, qui rem emerat, tradita. Item *legis 8. D. de condict. ob turp. causam* propria quaedam est ratio, scilicet actor, quisquis fuerit, factum turpe actionis suae fundamentum haberet. *L. 15. D. de noui op. nunc.* non habet negatoriam, sed duas confessorias, ut bene monuit *Reinbartus*, quem laudavi, §. 18. — Ius reficiendi ac interdictum, de quibus *legis 3. §. 13. D. de itin. actuque priuato* verba sunt, ad hanc rem sine vi non potest adplicari. Taceo alia.

Addebat reus, hominum libertatis maiorem ac praediorum esse praesumptionem: Eum vero, qui in seruitute est, et ad libertatem pronocat, liberum se esse probare debere; ut euincit *L. 20. C. de probat. L. 14. π. eod. L. 7. §. f. π. de liberali causa*. Verum enimvero bene reposuit actor, Romae homines natura seruos esse potuisse, quo dato, nec quis negauerit, sequitur, ut minor fuerit praesumptio libertatis. Sin reus autem ingenuitatis quasi gaudebat possessione, quod supponit *L. 14. cit. de prob.* actor seruum eum esse probare debet, quoniam is liber videbatur; seruitus autem constituta documento egebat. Caeterum saepius pro actore pronuntiandum existimo, si modo dominum esse conflet. Dominium enim complectitur ius alios a rei usu arcendi. Praeterea in rebus dubiis merito aequiora eligimus.

OBSERV. VI.

DE TESTAMENTO PARENTVM INTER LIBEROS, OBSERVATIO IVRIS BREMENSIS.

Propria quidem iuris Bremensis exstat vltimarum voluntatum forma ut docte exposuit V. consult. et clariss. *Henricus Lam-*

Lampius (in *Diff. de testamentifactione Bremensi*) sed non eo usque porrigenda, ut in exilium eiectam dicas testamentorum ex iuris Romani scitis condendorum formam. Neque, ut sit simplicior illa, et ut rara sint testamentorum, Quiritium ritu confectorum, exempla, pro inutilibus haberi Romana possunt. Etenim simpliciora adhuc ea sunt, quae *inter liberos* fiunt. Quum autem nonnemo Bremae testaturus inter liberos secundum ius Romanum, ad ferium hoc negotium haud temere accedendum existimaret, praesertim quod dubitatio aliqua exoriebatur, quaesitum est, an imperfectum inter liberos testamentum ordinari possit ex Romanorum more? Dubitationem illam iniiciebat lex Bremensis, quae in omnibus testamentis legari aliquid praecipit ad viam publicam et moenia urbis reficienda et conseruanda, cuiusmodi legata necessaria in aliarum quoque ciuitatum Germanicarum legibus videre est. Atqui notum esse dicebant, in hoc testamento priuilegio munito extraneis nihil relinqui posse; et concludebant legem, naturae huius imperfectae testationis plane aduersam, illud parentum priuilegium re ipsa profligasse.

Sed contraria verior mihi videtur sententia, idque propter haec duo. Nimirum lex Bremensis initio quidem nulla fore inuere videtur testamenta omisso legato. *Kundige Rulle vom J. 1489. cap. 18.* „Item Nemmand unsser borgere borgerfchen edder Inwonere scholen na dessem daghe Testamente setten, de na erem dode scholen byndich wesen un macht hebben, yd en sy dann dat unsser stad mure unde de hukelryde (hoc nomen est viae publicae) darynne begavet syn,, et eadem repetita sunt *A. huius saeculi LVI.* Sed mitiorem verbis mentem legis esse, arguunt quae mox sequuntur, „we dat aver vorfumede den scholden des yenne Testamentaryese (executores test.) tor Stadt muren eyne mark unde eyne mark tor hukelryden gheven,, Ab his non discedunt verba legis *nouioris*, nisi



nisi quod ad ea, quae praestanda sunt, quippe bis quinque marcas exigit. Proinde testamentum parentum inter liberos valet, licet nihil reip. sit relictum. — Tum vero quod ex huius testamenti nomine consequi videtur, extraneis nil posse legari, quod et confirmat *L. fin. C. de fam. herc.* ita tamen accipiendum non est, vt nullum esse arbitremur testamentum omne. Vide ipsam *L. f. C. cit.* Nec etiam id quod statuta in testamentis quibuscunque fieri volunt, nocere testamento potest. Haec sufficerent, sed *Nou. CVII. C. I.* adeo valere dixit, quae extraneis relicta sunt, modo adhibiti fuerint testes. Ponamus vero adhibitos non esse: testamenti executores aut heredes satisfaciant legibus.

O B S E R V. VII.

DE FORMA PACTORVM DOTALIVM APVD ANTIQVOS
BREMENSES.

In *specimine legitimo de communione bonor. inter coniuges* loquutus sum de variis formis pactorum dotalium Bremae conditorum (§. XXI. p. 68.) Sed ad ius nouius ea spectabant, nam quo modo *ab anno MDCCXXXII. ad MDCLVIII.* confectae sint nuptiales tabulae, ostendi. Postquam vero manuscriptorum omnium quae seruant Bremae curatores aedium D. Mariae virginis inspiciendorum potestas mihi data est, quippe pater meus nunc ad immortalia euectus eius aedis curator fuit, reperi, inter alia, eiusmodi quoque tabulas: quae qua ratione illis interuenerint nescio, sufficit autem me intellexisse, aliam ferme olim pactorum dotalium fuisse formam.

Nimirum vidimus pacta Beke Hemeling, Gerhardi senatoris filiae et Diderici Wulfe, Martini filii A. MCCCCLXXXVIII. denuo publica auctoritate firmata, siue, vt aiunt, transfumta. Ipsae tabulae conditae fuerant A. *eiusdem saeculi LXXIII. coram duobus*

bus consulibus et duobus senatoribus, qui et sigilla imposuerant „to merer tuchenisse. „

Ad alia, pacta scilicet Aleken Wilden, Henrici viduae, et Ioannis Trupen consulis *A. MDXVIII.* lunae post palmarum exarata, adhibiti *consul vnus et duo senatores*, qui vna cum duobus adgnatis feminae sigilla adnexerunt pendentia.

Tertii generis duae sunt tabulae, nempe Geseke, filiae Greteke, Claus Groninges viduae, et Io. van der Trupe, scriptae *A. MCCCCLXXXIII.* vesp. Thom. Apost. *coram vno consule et tribus senatoribus*, bis transumptae, *A. eodem et MDLXV.*, item pacta Eileke, Io. Trupe consulis filiae, et Hynrick Loeuwen *A. MDXIII.* exarata. Sigilla consulis et senatorum impressa.

Pacta Greteke, Friderici Grundes consulis viduae, et Henrici Stziremberck senatoris *A. MCCCCLXXXV.* D. Marci Euangel. accedentibus *consule vno et quatuor senatoribus* conscripta sunt, adiectis eorum sponsique sigillis. Transumptum est hoc documentum *A. MD.*

Denique *coram quatuor senatoribus* scriptae sunt tabellae coniugales Geseke Trupe, Ioannis consulis filiae, et Gerhardi Stedyngae *A. MDXVIII.* Senatores singuli sigilla addiderunt „to tughe der warheit.„ Huc pertinent quoque pacta Aleke Schorhaer, Luderi defuncti filiae, et Henrici Wilden, in quibus Hynrick Stenouw et Hynric Schorhaer consules professi, se iussu Aleke, Luderi viduae, sponsam collocare Henrico Wilden. Sigilla videmus quatuor senatorum, sponsi, Stenowii et Schorhaeri. Acta ea sunt *A. MCCCCLXXXVII.* die Antonii confess.



OBSERV. VIII.

SPICILEGIUM. DE ANNIS CONVENTIS QUIBUS COM-
MUNIO BONORVM INTER CONIVGES LEGI-
TIMA SVSPENDITVR.

Paucis hac de re, quae nomine *der Varyare* i. e. Vor-Jahre venit, loquutus sum in *specim. legit. de c. b. inter coni.* §. XV. p. 51. Tametsi, quando inceperit mos ille conjugalem bonorum societatem suspendendi, et quo tempore concesserit, definire nequeo, occurrerunt mihi tamen in scriniis D. Mariae documenta eius rei origini paullo propiora ac ea, quae in specimine, quod modo dixi, adferre licuit. Nam in ipsis tabulis nuptialibus Beke Hemeling et Diderici Wulfe *A. mccccclxxxiii.* conditis haecce leguntur: „Wanneer ok God ghift dat de gemannte Diderik unde Beke beyde in een eelik bedde sind gekomen, unde erer een den anderen denn darna *bynnen den ersten twen yaren unde dagen* vormyddelst dode vorfelle sunder lewendige erven van on beyden geboren de denn tor tyd nicht en leveden dat God na sinen behage vriste. Denn scholde de lewendige sinen brutschatt — deger al thovornen wedderhebben unde dar to denn entfanghen unde hebben uthe des doden nalaten guderen twe hundert bremer mark — unde dat andere — scholde wedderkomen to des doden negeften erven. Wan aver de *varyar* unde sind gesleten erben. denn schall erer een den anderen beerven nae unsser stad rechte. „

Sunt et pacta dotalia *A. mccccclxxxiii.* et eiusdem faeculi anno *lxxxxvii.* conscripta, in quibus verbum et rem inuenias, et duo ex *A. mdxviii.* Est mihi quoque *exemplum* veterum pactorum, quibus quum tempus eorum ignorem, uti nequeo. Annorum autem conuentorum constans et certus numerus non est. Hoc vero commune videtur omnium huiusmodi
pactio-


pactionum, vt non sufficiat, nasci liberos, sed etiam, vt vsque ad elafpos annos definitos viuant, necesse fit.


His praemissis, *Vobis, Commilitones praestantissimi*, indicere animus est, quasnam per instans semestre in iure docendo mihi optauerim partes. *Iuris Germanici priuati, quo hodie vtimur*, principia ex *Selchouii* libro tradam, idque ea quantum fieri potest, ratione, quam nuper descripsi in *den Duisburgischen gelehrten und gemeinnützigen Beyträgen* (1778. 13. 14. Stück) vbi vna eius iuris in academiis hauriendi necessitatem, vt puto, extra omnem dubitationis aleam posui. Haec autem pars artis nostrae, si legitime hoc est solide tractari velitis, tantum difficultatis habet, vt non possim quin adiiciam hanc legem, promisso meo me non stare posse, si minimus fuerit auditorum manipulus. Praeterea *institutiones iuris Romani* daturus quoniam adhuc placent vetustiora, vtar libro *Heinecciano*, qui in omnium manibus versatur. *Encyclopaedica et methodologica* secundum *Pütterum* promam. His qui *iuris publici Romani* praecepta aueant, non deero, cumque iis libellum *meum* aere nondum expressum communicabo, additis vbi opus fuerit illustrationibus. Commentabor quoque in *Böhmeri* tractatum de *actionibus*. Haec omnia priuatim. Publice *leges* ex corpore iuris Romani decerptas interpretabor, aut, *vestrum* erit eligere, quodnam malueritis, non nullas iuris Romani *doctrinas* separatas vberius explicabo, v. c. de contractibus, successioneibus. Item publicam horam vnam dicabo *librorum cognitioni*. Quippe nemo non videt, doctrinae cupidus egregie inferuire notitiam librorum, inprimis eorum, quibus primum res explicatae sint aut certe clarius propositae. Horum autem nominatio minime sufficit, quae audita neutiquam ita infigit animo nostro, vt longum post tempus recordatio eorum adhuc vigeat. Ideo in collegiis nostris officium duxi, auditoribus non modo laudare et recensere, sed quoque exhibere libros, quos ipse propius cognitos habui, et quos digniores putauit, vt



videant Studiosi iuris. At vero saepius animaduerti, ea re mentes auocari ab iis, quae interea docebam, meque, ne alia ex parte noceam dum prodesse studeo, nouam prorsus viam ingredi oportere. Sic mutauit consilium, libros adferre desii. Ne autem horum inspectione carere cogatis, eos, qui pertinebunt ad recitationes in vnaquaque hebdomade habitas, publice septimo quouis die edam, oculis vtendos dabo, et simul pauca si paucis, multa si multis opus sit, super auctoribus, vsuque eorum verba faciam, vtque breuibus dicam, eo conabor fideliter, quibus solida notitiae literariae struam fundamenta. Vos valet, et beneuolentiam *vestram* erga me constare faciatis. Scripsi Teutoburgi ad Rhenum A. MDCCCLXXVIII. ipsis Kal. Sept.









OBSERV. VIII.

SPICILANUM ANNIS CONVENTIS QVIBVS COM
MVNIVM INTER CONIVGES LEGI-
SVSPENDITVR.

Paucis haec nomine der *Varyare* i. e. Vor-Jahre
venit, loquutus legit. de c. b. inter coni. §. XV.
p. 51. Tametsi, erit mos ille coniugalem bono-
rum societatem fu quo tempore concesserit, de-
finire nequeo, occu amem in scriniis D. Mariae
documenta eius rei or piora ac ea, quae in speci-
mine, quod modo dixi mine, Nam in ipsis tabulis
nuptialibus Beke Hemel Wulfe A. MCCCCLXXXIII.
conditis haecce leguntur: God ghift dat de ge-
nannte Diderik unde Beke lik bedde sind geko-
men, unde erer een den ander a bynnen den ersten
tween yaren unde dagen vormydden sunder levendige
erven van on beyden geboren de nicht en leveden
dat God na finen behage vriste. de levendige
finen brutschatt — deger al thovorn en unde dar
to denn entfanghen unde hebben uti alaten gu-
deren twe hundert bremer mark — und scholde
wedderkomen to des doden negeften er ver de
varyar unde sind gesleten erben. denn schal ande-
ren beerven nae unsser stad rechte.,,

Sunt et pacta dotalia A. MCCCCLXXXIII.
culi anno LXXXXVII. conscripta, in quibus verbu
nias, et duo ex A. MDXVIII. Est mihi quoque ex
storum pactorum, quibus quum tempus eorum igno
queo. Annorum autem conuentorum constans et cer
rus non est. Hoc vero commune videtur omnium hu

